

licite petitioni vestre pertinaciter obsistere non permisit. Postquam autem universum dictamen quod innovandum erat perlegi, fateor, quia de improvida pollicitatione ipse me reprehendi, considerans, simplicitatem stili satis tolerabilem esse, animadvertens etiam, quoniam, si per singula verba esset inmutanda tanti prolixitas sermonis, labor mihi incumberet inmensus et non multum necessarius. Si vero quedam pars dictaminis inmutaretur et quedam non, neque meum neque non meum posset iudicari. Feci ergo, quod postulatus non fui, scribens ex integro novum sermonem, qui, si vobis videtur, possit legi in festivitate sancti, quia vitam eius et gesta summatim in eo perstrinxi. Insuper et principium veteris sermonis quodammodo innovavi; quam innovationem si placet adiungite, et cetera ut fuerunt permaneant ab eo loco, ubi scriptum est: *Quem*¹ *divina mox gratia.*

SERMO ECHEBERTI PRESBITERI DE SANCTO WILLIBRORDO EPISCOPO ET CONFESSORE.

Letis cordibus et festivis laudibus hodiernum diem
— — — — — in ecclesia sanctorum per infinita secula
seculorum. Amen.

INCIPIT VITA.

Vir Domini sanctus Willibrordus — — — — —
regnat Deus per omnia secula seculorum. Amen.

1) Alevin, Vita Willibrordi I, 3.
